



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm || Ianvarii Et Febrvarii

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10258

De SS. martyrib. Speusippo, Eleusippo & Meleusippo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77365)

PASSIO SANCTORVM MARTYRVM SPEVSIPI,
PI, ELEVSIPI ET MELEVSIPI: SED IN GRA-
tiam Lectoris paſim ſtylo mutato.

PROLOGVS VVARIHARII.

Cerannius
Pariſiensis
Epifcopus
circa annū
Christi 600

Ancto & à me pontificali apice præferendo Ceranno papæ, Vuariarius. Præcipuis beatissimorum perfonis epifcoporum aſſidue coequari meritis non defiſis in omni conuerſatione ſacerdotij, ſancta quotidie exornari religionē festinans, diuinarum ſcripturarum legendi ſtudio vniuersa dogma- ta peragrāsti. Nunc sanctorum martyrum geſta, ad laudis tuæ cumulum, pro amore religionis congregare in vrbe Parifiaca deuotus intendis. Unde sancto Eufebio Caſareensi in emulationis ſtudio coequandus es, & pari gloriæ dono perpetualiter memo- randus. Da veniam noſtræ imperitiae, quoniam te laudare tantum non ſufficimus, quantum es cordis facundia ſuc currente præferendus. Geſta sanctorum geminorum, qui in ſuburbio Lingonicæ ciuitatis preciosam adepti ſunt conuipationem martyrij, vel beatissimi Desiderij martyris & Antistitis ipsius ciuitatis ſicut deuotionis ſtudio imperāstiſtis, ita deſide- rantissimæ famulationis obedientia deſcripſiſſe cognoscatis.

PASSIO PER NEONEM PRIMÙM
CONSCRIPTA.

IANVAR. 17.

Tergemini
fratres.

S. Polycar-
pus mitit
fuos ad di-
uerſa loca.



Bene prece-
ad Galias
euntibus.

Loriola martyrum certamina studiosius reſerare Christo authore cōpellimur, pro cuius fidei amore fuſcepta fuſſe proculdubio confitemur. Igitur ſancti tergemini fratres, Speuſippus, Eleuſippus & Meleuſippus cū quātis ad marty- rii dignitatē p̄m̄iſſis peruererint, explicare potius, quām ſilentio p̄terire, recta rationi consentaneum eſt. Admi- randum ſatis id eſt, & ad Dei omnipotentis p̄definatio- nem multiplicitate referendum. Ergo huius rei ordinē pro- fequentes, & gratiarum largitoris beneficia accuratē pen- fantes, rem totā à principio explicemus. Itaq; ſanctus Poly- carpus Smyrnæorum vrbis antiftis, doctrina beatissimi lo- hannis Apoftoli & Euangelista perfectè instruſtus, ſpiritu ſancto repletus, fideli ducatu cupiens Christi militiam amplificare, per diuerſas mūdi partes ſuos dimiſit diuſipulos, Verbum Domini Iesu Christi gentibus cum fidutia p̄dicaturos.

Audiens itaq; crudelissimam denuò fuſcitatam perſecutionē, & principem ſucceſſiſte in regno, qui in Galliarum prouincijs coram ſe ſuiſq; p̄fidiibus Christianos diuerſis interimeret ſupplicijs, generali etiam proposito apud omnes de illis trucidandis edi- cto: beatissimus Polycarpus ſanctos Dei ſacerdotes, Andochium & Benignū, & Thyr- sum diaconum illuc p̄dicationis ſtudio deſtinauit, viros ſcilicet virtutibus p̄ſtantifli- mos, in Dei amore diuſiſos, ad certaminis agones festinos, ad fuſciendos pro Christi amore itinerum labores omnino deuotos, ad pericula maris adeunda non tardos, per- egrinationes cupidè amplectentes, parentes pro religione Christi libentia animo relin- quentes, pœnaruſ ſupplicia vel beatæ mortis paſſiones expertentes potius quām ti- mentes. Qui viri tres obedientes ſanctis moniti, nauiculam ascendent, ſanctusque ſan- tis valedicens Polycarpus, hec eis mandata dedit: Ite, inquit, viri fortes, in fortitudine Christi fortiter diuiciantes: per ſanctam Christi cōfessionem plures commilitones ac- quirite, cum quibus de victoria triumphantes, nomen & dignitatis gloriam poſſiſtis adi- pisci ſempiternam. Fructus laboris vestri multipli, opulentia cumulentur, iuſtorum paradiſi ſedes per vos de ſanctarum animarum acquisitione eximiè ſtentur, His & alijs multis eos prosequitur ſanctus Polycarpus orationibus.

Illi verò nauigantes feliciter, gubernatione diuina ad Massiliensium litora celerius peruererunt. Egressique ad terras, D E I angelo p̄cedente, proſperum iter agen- tes, * Eduam ciuitatem ingrediuntur: ibique D E I prouiſione reperio Fausto, nobilissimæ familie viro, ſenatoria dignitate conſpicuo, & p̄torianis fascibus ſubli- mi,

mi gratissimè ab eodem hospitio sunt recepti. Quos cùm perdidicisset esse presbyteros, suppliciter postulauit, vt amicos vel familiam suam per ablutionem baptismati efficerent Christianam. Ille autem propter imminentem persecutionem Christum colebat occultè. Obtulit verò etiam & filium suum Symphorianum adolescentem, sanctorum prædicationibus diuinaq; prædestinatione successuris temporibus præclarum martyrem futurum: sanctorumque eum tradens manibus, vt à sancto Benigno baptizaretur, atque de sacro fontis lauacro à sancto susciperetur Andochio, attentiùs deprecatus est. Illi verò opus, ad quod venerant, alacriter peragentes, & tanti viri obtinerantes pre-
cibus, per baptismi gratiam voluntatis suæ desiderio in omnibus satisfecerunt. Post Baptizatur
hec cùm idem Faustus causam aduentus eorum ex mutua cum illis collatione diligenter
tius explorasset, sororem nepotesque eius in memoriam pietas diuina reduxit, aitq; ad
illos: Est mihi germana soror, nomine Leonilla, illustris matrona, cuius virbis Lingoni-
ca, cui sunt nepotes ex filio tergeminī fratres, uno partu simul editi, literis liberalibus
eruditæ, paterna tamen traditione adhuc gentili errore viuentes, quos desiderat Christi
militia mancipare. Subuenite, sanctissimi sacerdotes, cius deuotioni, & nobilissimam
nobilitatem familiam, vt cœpit.

His dictis, sancti viri rem, cuius causa cō venerant, attentiūs pertractantes, inter se
pariter constituant, vt sanctus Benignus ad territorium Lingonicum illustrandum ex
Dei sententia properaret: sancti verò Andochius & Thyrus in Augustinus villa plu-
rimos suis diuinis prædicationibus ad religionem Christianam traducentes, non post
multum spatium sub Aureliano principe felici sunt martyrio coronati. Sanctū autem
Benignum iam dictus Faustus sorori suæ pro munere diuino, sicut erat, transmisit, quæ
cum velut manna de celo descendens, cum omni veneratione suscepit. Eodem die me-
morati nepotes eius in agro, cui Pasmasius nomen est, ad simulacrum deæ Nemesis ri-
tu solito prophana sacrificia offerebant, & de superstitiosis libaminibus auiae suæ reli-
quias reseruauerant. Quam inuitantes ad conuiuum, seruata protulerunt. Illa verò
omnia proiiciens canibus, respuit tanquam stercus.

Tunc accedens ad eos, coram S. Benigno, talia cœpit verba proferre: Charissimi ne-
potes, cognoscite Dominū nostrum Iesum Christum, Deum verum & viuum esse, cui
angeli & omnis creatura iustum exhibitent seruitum, qui mundum omnem constituit,
omnemq; rerū materiam librata subita verbi dispositione cōposuit, celi altitudinem
eadem iuessione extendit, terrarū spatia dilatauit, immensum abyssi pelagus congrega-
ri, & litoribus coarctari firma sententia ordinavit: pinxit cēlum stellis, & duo luminaria
principia constituens, vt omnia ab ipso facta, sua vicissitudine exornarent, vestitaque lu-
mine cuncta detergerent, omnino decreuit. Marc omne piscium habitationi concessit:
diuersis arboribus & herbis tellurem omnem vestiuit, cunctaq; orbis animantia, qualia-
cunque demum ea sunt, sua volūtate creauit, postremò hominem ad imaginem & simi-
litudinē suā formare dignatus est: quē ad hoc sapientia, scītiq; & intelligētiq; singulari-
dono locupletauit, vt tam immēsē fabricæ Dominū, omniaq; q̄ patrauit, diligētiū per-
quirat: nō per ignoratiq; desidiam postponat authorē: vt discernat bonū à malo: vt simula-
cra hominū manibus facta ex diuersis metallis, sensu carentia, & omni vitali spiramine
delirata, ad homines fallēdos diabolica adinuētione efficta, nō solū nullo veneratio-
ni studio colat, verumetia cēu immūda & omni abusione despēcta defugiat. Illius enim
peruersa adiuuētio in hoc mūdo idola figurauit, qui Adā primum hominē in paradiſo
constitutum, per præparationē decepti. Derelinquite ergo, dulcissimi nepotes, omnia Hinc per-
idola demonibus cōsecrata, & creatorē omniū rerū Dominū nostrū Iesum Christū, si spicū fit,
ne villa ambiguitate cōfitemini. Hūc virū sanctū Benignū, quē stantē corā vobis cerni-
tis, de lōgi in qua regione ad vos pietatē diuina fuisse credite trāmissum. Attēdite ad ver-
ba oris eius. Dei enim sunt præcepta, quæ de ipsis ore procedunt. Discite ab eo san-
ctam doctrinā, plū omni munere copiosam, & vestre saluti præ omnibus opportunam,

Dum hēc saluberrima monita cum sancto Benigno beata Leonilla suis nepotibus
predicaret, & in corda eorū iam inspirata gratia diuinitū conualefceret, miro pariter
adstiterunt stupore defixi: & se inuicem intuentes, considerantesq; omnia, quæ eis dicta
fuerat, cōuersi ad auiam suā, vna voce dixerūt: Quare tantā & tam præcipuam rem tan-
diū teatam silentio tenuisti? Cur nobis veritatis viā & lumen præclarum tantis temporis
bus occultaſisti? Quibus illa blando sermone respondens, eleuansque oculos, & manus
ad

ad cælum expandens, Deoque gratias agens, ait: Filius meus, pater vester, in tanta cordis perseverauit duritia, in tartaream iam sedem demersus, scelerum obumbratus caligine, omnis expers sapientia & intellectus, cæcatus peruersitatis consilio, vt Christum Deum nec crediderit, nec vnquam voluerit confiteri. Quid ergo prodeesse illi poterat sermo diuinus, cuius interiora cordis incredulitatis malitia ad integrum possidebat, quique lumen verum, circumseptus idolorum caligine, videre nō poterat? Ipse vero me fecit haec tenus intra taciturnitatis silentium contineri, dum timui, nē sua inimica fasio faceret vos à recto tramite perpetuò deuiare. Voluntate autē Dei eo deficiente, omnia impediēta sublata sunt. Eccē nunc tempus acceptabile. Aperite oculos cordis & corporis, cælum potius intuentes: idolorum inimicam vestram saluti culturam, Domini nostri Iesu Christi repleti gratia, ab animis vestris radicitus extirpate, vt possitis ad æternā gaudia peruenire. Post hęc cū & alia multa Leonilla cum sancto Benigno nepotibus suis narrasset, vt credulitatis indicia diuina pietas in eisdem patefaceret, visiones, quas nocte præterita viderant, in memoriā reuocarunt.

*Visio Speciū
Sippi.* Primus Speusippus visionem suam narravit, dicens: Videbam me in sinum auiæ meæ receptum, mammilla sua plenitudine, lactis abundantia satiari, qua compellebat me etiam suis monitis, dicens: Speusippus, bibe lac salutiferum magis, ut plū bibendo, melius possis summa virtutis cōstantia, in certamine positus eōtra aduersarios gloriōsam promētū victoriam. Finita primæ visionis sententia, Eleusippus ait: Credite & me huic se modi visionem vidisse. Vidi in celo super sedem magnam sedentem, quasi ex electro & gemmis, maiestatis potentia radiantem: cuius splendor immensus meum obumbrabat adspicuum, & ob stuporem nimium paucorū cordis mei terruit intellectum. Tunc vultu sereno me vocans ad se, ait: Noli timere, coronam victoriae promereberis. Tertio loco Meleusippus visionem suam exposuit. Vidi & ego, nescio quem, regem magnum, satis singularia sceptra tenetem, qui nos tres pariter ad suam militiam prouocabat, preclaris balteis accingebat, magno nosrecio à captiuitatis vinculis redimebat, perpetuali libertatis nostrae præmia literis aureis scribebat, donis nos indeficiens simul remunerabat. Super his ad me exhortandum addidit, dicens: Meleusippus, vos tres fratres in meo palatio collocare decreui, & æternis præmijs pariter coronare. Aua vestra perpetim diebus ac noctibus pro vestra salute supplies preces effundit, ut recto tramite gradientes, liberati de tenebrosa caligine, verum lumen contemplari possitis, & de condemnatione mortis, ad vitam perueniat perpetuam. Hęc & alia plurima adhortationū verba mihi rex, quem dixi, narravit in visu. O quam admiranda, quam cōcordantia & unus rei indicia designata, vel sempiterna memoria refinenda. In noctis tenebris adhuc positi, illuminati iam prædestinatione, ex pari gratia sancti gemini videre meruerunt visiones. His tribus pueris obtenuit auiæ ante est Trinitas reuelata per gratiam, quam plenam Christi perciperent disciplinam.

Viderunt, obumbratis ex parte oculis, prius Dominum Deum, quam per oris cōfessionem pleniū cognoscerent Saluatorem. Pensantes denique sancti tergemini intra se de concordia visionum, prædicationibus sancti Benigni, ac beata Leonilla orationibus incessanter instrudi, cogitabant attentius, quid agere curarent: desiderantes, ut de terrena nube caliginis, purum claritatis lumen in visu lucidiū visibiliter contempnarent, & Deum viuum & verum sine vlla ambiguitate cognoscerent. Tunc dixerunt ad auiam suam: Indica nobis quid faciamus, ut prædicatio vestra, omnibus erroribus effugatis, nostram possit proficere ad salutē. His dictis, cum sancto Benigno beata Leonilla exultans de sancta cōfessione nepotum suorum, & Deo gratias agens, dixit ad eos vna cum sancto Benigno: Custodite omnia mandata diuinā, & regē regum Christum Deum esse sine dubio credit: separati à nefandis idolis, vosmetipſos creatori vestro Deo offerte. Docuit autem eos sanctus Benignus omnēm sanctam doctrinam, & vt perfectos in fide Christi, cōfessionem credulitatis veram & manifestam per infusionem sancti spiritus eos cognovit ad integrum recepisse, baptismatis ipsos gratia cōsecravit. Dēinde S. Benignus ad castrum Diviōnem perrexit, ubi plures laboris sui fructus cōgregans, non post multū tempus pro multis meritis condignam martyrij coronam promeruit.

Sancti vero tergemini fratres confirmati in omni fide Christi, seruis suis præceperunt, ut simulacrum Nemesis frangerent, duodecim fana, que in domo eorum constituta erant, funditus cuarterent, ipsas etiam idolorum statuas, simul in fragmenta redactas, protinus

*Obserua
hac.*

*Tergemini
fratres bas-
tizantur.*

protinus dissiperant. Feceruntque serui omnia, quæ à dominis fuerant imperata. Inter cæfama velox cunctos ciuitatis Lingonice fines peruersit, tergeminos fratres, nepotes Leonillæ, illustribus ortos natalibus, ad Christi cultum deuotionis studio manifestissime declinasse, & Iesu Christi omnipotentis Dei fidutia, deorum simulacra pro nihilo habentes, & omni abusione despicientes, à fundamentis eueri iussisse. Crescit rumor immensus in populo, excitantur in iracundiam primates, iudices & sacerdotes idolorum, & nimio furore succensi, ad Dei pueros vndique conueniunt. Congregatiq[ue] in unum, dixerunt primores ad eos: Quæ vos tam repentina inuisit temeritas? Quis vobis persuasit deorū nostrorum culturam relinquere, quam nostri vestriq[ue]? Maiores ab antiquis temporibus coluisse noscuntur? Itane decretum principum cœuelli? Christum, quem pro Deo adoratis, ludei morti adiudicatum cruci affixerunt. Tunc sancti tergemini repleti spiritu sancto, dixerunt ad eos: O obsecrati corde, in profunda demersi caligine, perpetuis tenebris obumbrati, nimirum pondere peccatorum depresso, poenis insufficienibus & morti perpetua addisti, antiqui hostis errore decepti, qui nos laxa & cetera metalla in humanas formas ab hominibus redacta adorare cōpellitis, quæ nullum vitæ spiraculum habent, quæ nihil sentiūt, prorsusq[ue] pro nihilo à stultis coluntur. Dominus noster Iesus Christus, ipse est Deus viuus & verus, cū Patre & Spiritu sancto, unius in Trinitate deitatis, & trinus in maiestatis vnitate credendus: Deus de Deo, lumen de lumine, splendor à splendore procedens, qui semper est, semperq[ue] fuit, semper etiam & sine fine manebit. Ipse fecit omnia, quæ in mundo sunt.

Tergemis
norūm fra-
trum con-
stantia,

Permoti sunt his auditis populi, primates, iudices ac sacerdotes, qui ad spectaculum venerant, nimia iracundia in Dei famulos. Exurgens autem Quadratus ira repletus, Speusippum & Eleusippum pugno percussit in faciem. Ipsi duo tantum locuti fuerant. Condolens Meleusippus exclamauit, dicens: Cur me istius beneficij, istius, inquam, hui- Vide eges-
us, cum fratribus meis non fecisti partem? In illos declarasti optabile passionis prin- giā S. Me-
cipium, me autem quasi incredulum cum tuis incredulis honorans, à sancto confortio leusippi vir-
exclusisti. Vnanimis in Christi confessione sumus, æqualiter per vestram perfidiam de- tatem.
Christi remuneratione congratulamur. Quadratus respondit: Hodiè vos pro cōtemptu deorum nostrorum diuersis cruciatibus punire constituimus. Eleusippus dixit: Quanto nobis maiora tormenta parabitis, tanto amplius nos de Dei gratia confirmatis. Palmatus dixit: Nisi linguas eorum radicitus amputemus, non cessabunt loqui in iniuriam nostram, vel deorum nostrorum. Speusippus respondit: Si linguas nostras crudelitas ve- stra carnales abscederit, in interioribus nostris magnalia Dei narrabimus, & de sancta in Christum fide nunquam nos vestra malitia separabit. Iterum Palmatus & Hermogene- nes dixerunt: Infelices, vnanimiter ad mortis vestrae interitum festinatis. Speusippus re- spondit: Mori pro Christo, gloriosum est: indē ad vitam celerius peruenimus aeternam, pro vbi nulla tristitia est, sed gaudia, quæ nullo tempore finiuntur. Videntes autem eos Pal- Mori pro
mat, Quadratus & Hermogenes in Christi confessionis cōstantia perdurare, cogita- Christo, glo-
nosum est.
bant ardentius, quibus eos grauissimis tormentis excrucierant, & quo genere mortis propter metum eorum, qui aduenerant, crudelissime perimerent. Dum hæc diligen-
tius pertractarent, beatam Leonillam ad se accessiri præcipiunt, si forsitan per eius blandimenta sermonum & suasiones reuocari possent ad simulacrorum culturam: sicque Christi maiestatem ac diuinitatem per omnia abnegarent. Cùm ergò beata Leonilla ad eos peruenisset, dixerunt ei iudices: Perge ad nepotes tuos, & si eos ser- uare desideras, & à poenarum supplicijs mortisque interitu liberare, suade eis, vt fa- na restituant, quæ destruxerunt, deosque nostros adorantes, consueta ijs offerant sacrificia.

Hęc & alia illis dicentibus, ait ad eos Leonilla: Ibo, & suadebo eis, quæ mihi ad eorum videbuntur pertinere salutem. Veniens denique beata Leonilla ad nepotes suos, cùm cognouisset eos in sancta confessione perseuerare, multa exultatione gauisa est: & pre-
bens singulis dulcia oscula, lachrymansque præ gaudio, & multas Deo omnipotenti pre- Leonilla
ces effundens, Christoqué gratias agens, dixit illis: Nullus vestra stirpis nobilior, nul- suos confir-
lus ditor, nullus melior, nullus Deo gravior inuenitur. Omnem familiam vestram præ- mat nepo-
tes. Clara Christi confessione illustratis: in tenera aetate positi, cunctos Maiores generis ve- stri sapientia præcessistis: thesaurum immensum, nulloque precio aetimandum, per Christi militiam acquisistis. Estote ergo in sancta C H R I S T I religionē constantes, & perseue-

perseuerate fortiter. Nulla vos frangat aduersitas, nullæ minæ, nulla tormentorum superflicia vestros tercent animos, viriliter Christi fide armatos. Regna huius mundi, quæ videntur, & cum vita hac temporaria finiuntur, nihil sunt. Regnum autem Dei inuisibile & sempiternum concupiscere, perpetua est atque perfecta, & super omnia opportuna sapientia plenitudo. Per hos momentaneos labores & celeriter transituras poenas ad æterna gaudia peruenietis.

His dictis, ut videt eos plenos gratia Christi in sua habilitate permanere, & data Deo fidem praestare fortiter, Christo illos cum integra deuotione commendans, discessit ab eis. Interrogati autem à iudicibus, si yellet ipsis consentire, & deorum suorum simulacra adorare, iubentur id publica voce confiteri. Sed cum illi pertinaci sententia in Dei fide & amore persisterent, nec villa ratione assensum præberent petentibus, ligatis sursum manibus, pedibus vero deorsum, in arbore una suspensi sunt. Tanta vero tormentorum adiumentione sunt extensi, ut penè putarentur ab ipsa membrorum compage separari. Confortati tamen à Christo, & virtutis tolerantia interius diuinis ministra, in confessione & fide Christi viriliter permanebant. Et in ipsis tormentis, suspensus cum fratribus Meleusippus iudicibus insultabat, dicens: Dominus noster & Salvator Iesus Christus clavis cruci affixus, pro nostra redemptione sancto peperdit in ligno, unde crucis signum obtainere meruimus. Nos quoquè tres eius famuli, in uno hoc simile pendentes, pro eius nomine efficiamur martyres gloriofi. O beatum fructum ipsius arboris, quæ tres portauit martyres, Trinitatis nomini consecratos. Videntes autem iudices eos confortari, non contristari in supplicijs, dixerunt ad eos: Non in hac arbore, sicut vos velle dicitis, moriemini, sed igne vltore peribitis. Meleusippus iterum respödens, ait ad eos: Maior erit nobis beatitudinis augmentatio, si per ignem probati transierimus ad Deum, & de tenebris per hunc ignem perpetuam peruenierimus ad lucem. Tunc denique iudices propter metum, qui aderant, populorum, congregari iusserunt ligna, & cetera, quæ solent igni fomenta præbere.

Inde in igne iactantur, sed mandant illæsi. Ignis itaque copiosus acceditur, ligatis manibus & pedibus sancti tergeminii in ignem præcipitantur. Affuit Christus Salvator in medio, & diruptis vinculis, sancti gloriantur in igne, nec ullum ex eis contingebant incendia. O beatum ignem, qui tantum originali purgavit peccatum, & nullum sanctorum membris de incendio intulit detrimen-

tum. Adiuuit potius signis sanctos, per quem eis nocere voluit, at non potuit, inimicus. Ignis interim ab incredulis acrius acceditur, ut sanctorum corpora sine mora comburantur: sed vertens illud diuina misericordia in melius, inde sanctis lumen inextinguibile preparauit. Flammæ ardentes altius quidem eleuatae sunt, sed Christi voluntati obsequentes, sanctorum præcipuum gloriam ostendebant, quæ in exitiosam à persecutoribus ruinam erant preparata. Ignis ad sanctorum membra consumenda vires proprias habere non potuit, quoniam Dei potentia caloris æstum suis sanctis pro sua benignitate temperauit. Viderunt impii & iniqui persecutores inter immensas flamas exultare sanctos tergeminos, perseuerare illæsi, quos putauerunt per tantum incendum, quod illis admouerant, subito consumptum iri. Ambulandi vero etiam in igne sanctis tergeminis est à Christo data facultas, ut maior incredulis accederet, mysteria diuina inuidentibus, de confusione tristitia. Defecerunt itaque, ligna, & omnia ignis fomenta: sancti vero tergeminii, deficientibus flammis, in medio stantes, persecutorum malitiam irritabant, dicentes: Data nobis est, si volumus, de presenti ad Christum migrandi potestas: at si adhuc deliberamus vestra dementia viventes in seculo insultare, concessum est. At vero melius nobis est, ad eius epulas festinare, ubi foeneratio non deficit largitoris. Post sopitum ergo ignem, cum increduli ad sanctos tergeminos propinquassent, nullas quanuis curiosi videre potuerunt in sanctorum membris de incendo cicatrices.

Sed vt maior non fieret desiderantibus mora martyrij, & vt preparatas duduim, iam acciperent immarcescibiles à Christo coronas, vident choros angelorum ad se excipiendo ante oculos ipsorum stare paratos. Flecentesque genui in terra, in oratione profundi strati, felici euocatione Christi inuitati, sancti simul emittentes spiritum, pariter emigrasse noscuntur ad celos. Delata sunt autem sanctorum corpora ac sepulta à deuotis secundo millario ab urbe Lingonica in vico, qui vocatur Vrbatum, ubi se duæ viae maximæ coniungunt, & aliae ante has à diversa parte subiunguntur, ut ibi & expedita voluntatis deuotione, & iter ageretum opportunius subiuncta collectione, semper frequens assit

Sancti martyres ad eos qui migrarunt,

affit populorum ad eorum limina orationis causa vndique concursio. Ibì sanè quicquid cum deuotione petitur, obtentu sanctorum tergeminorum quotidiè, Deo largiente, præstatur. Sanitatum ibidem suffragia per eosdem sedulè infirmantibus ministrantur, merentibus conformatio[n]is cōsolatio sine mora conceditur, & præcipius basilicæ eorum semper additur cultus, & opum largitas in melius à deuotis quotidiè augetur. Illud etiam rationabiliter videtur annectendum, quod ad laudem sanctorum tergeminorum augendam, vel cultum religionis dinoſcitur pertinere: quoniam per eorum sanctam actionem numerus est martyrum, inspirante Domino, augmentatus.

Videns denique Iouilla quædam mulier tam preciosam sanctorum tergeminorum martyrij consummationem, sperto maritali conforto, paruuli & vnici filij dulcem de-relinquens amplexum, inter incredulas turbas, adhuc in persecutionis ardore commotus, veloci cursu properans, exclamauit, dicēs: Et ego ancilla Christi sum: Christum De- Iouille egre- um viuum & verum sine villa ambiguitate pronuncio. idola vestra ignominiosa & vana via forritu- omnino adorare despicio. His dictis, continuò comprehensa, & propter metum circum- do & mar- stantum populorum à capillis suspesa, multisque afflita supplicijs, cùm Christum ne- tyram. gare coacta nullatenus voluisse, vna cum beata Leonilla aua sanctorum, ad locum Item Leo- deducta martyrij, ad memoratum videlicet vicum Vrbatum, à persecutoribus cum ea nilla. dem gladio est pereulta.

Neon quoquè, textor historiæ huius atque scriptor, tradens Turboni codicem, inter Itē Neonis. medias turmas persecutorum ingressus, cupiens sanctorum tergeminorum militię beatissimā sociari, Christi nomen confessus, tantis est patienter istib[us] mactatus, vt vita temporali expoliatus, martyrij palma continuò meruerit coronari. Turbon autem non Item Tur- post multum tempus, doctri[n]a beatissimorum tergeminorum perfectè instructus, à bonis. persecutoribus captus, & ipse est martyrij remuneratio[n]e locupletatus. Acta sunt hec sub Aureliano principe, Palmato, Quadrato & Hermogene præsidibus, sub die xvij. Calend. Februar. At inuentio[n]e sanctorum corporum tergeminorum, vel dedicatio ipsius basilicæ, est colenda xiiij. Calend. Octobr. regnante Domino nostro I E S V Christo, cui est cum Deo patre & spiritu sancto honor, virtus & gloria in secula seculorum. Amen.

Candido Lectori F. Laurentius Surius.

In hac sanctorum tergeminorum martyrum historiam aliquot mendæ nequit quām tolerabiles irreperantur. Nam Polycarpum M.S. codices pleriq[ue] habebat Ephesi episcopum. Item Aurelianum Imperatorem sucessisse Seuero patri, quorum neuter fuit Polycarpi ætate falsumq[ue] est, Seuerum hūc fuisse Aureliani parentem. Et quan- tuis etiam antiqua typis excusa Martyrologia Aurelianum legunt, tamen propter Poly- carpum, qui sub Antonino Vero, quietiam Aurelius Verus appellatur, passus est, planè arbitror pro Aureliano Aurelium esse legendum. Interēa nihilominus reliqui Aurelia- num, nē quid temerè mutasse viderer: uno dempto loco, ubi scriptum erat, temporibus Polycarpi Aurelianum sequissimam in Christianos excitasse persecutionem, quod libra- rialicuius imperiti incuria vel inscitia ita perperam scriptum fuisse apparet. Facilè au- tem in nominibus principum fit lapsus aliquis, dum exemplaria negligenter describun- tur: nec tamen propterea statim historia fides detrahenda est. V. alc.

S. Athanasij episcopi in vitam S. Antonij monachiprefatio.

Athanasius episcopus ad peregrinos fratres. Optimum, Fratres, iniſtis certa- men, aut æquari Aegypti monachis, aut superare nitentes virtutis instantia. Etenim apud vos iam plurima sunt monasteria, monachorum quoquè nomen est celebre, & hanc voluntatē iuste quisq[ue] mirabitur, orantibusq[ue] vobis optatum Deus tribuet effectum. Quoniam igitur exegistis à me, vt vobis scriberem de con- versatione beati Antonij, volētibus discere quemadmodum cœperit, quid' ve fuerit ante sanctum propositum, qualem etiam habuerit terminum vita, & si vera sunt ea, quæ de ipso fama dispersit, vt ad eius emulacionem atque exemplum vos instituere possitis, ma- gna cum letitia suscepisti vestram charitatis imperium. Etenim mihi ingens lucrum est, at- que utilitas hoc ipsum, quod recordor Antonij, & vos cum admiratione audientes, scio Perfecta est ad virtutē eius propositum cupere ſectari. perfecta est siquidem ad virtutem via, Antonium scire via, scire quid fuerit. Ergo, vt breuiter dicam, ex omnibus, quæ de eo referentium sermo iactauit, Antonium credi. quid fuerit.

credite, & minima vos existimate audisse de maximis: quia nō ambigo nec eos omnia potuisse cognoscere, cūm & ego rogatus à vobis, quantacunque per epistolam significauerō, non æqualia sim eius meritis narraturus. Sed & vos omnes hinc nauigantes studiosè per contamini, quō singulis quæ nōrunt referentibus, congrua dignaque tanti nominis relatio compleatur. Disponet itaq; post lectiōnem literarum vestrarum aliquos ad me monachos inuitare, & maximè eos, q; crebro ad eum ire consueverāt, vt pleniū aliquid addiscens, munera vobis maiora transmiserem. Sed quoniam & nauigationis tempora labebantur, & literarum poritor vehementissimè festinabat: ideò ea quæ & ipse noueram, (frequenter enim eum visitau) & quæ ab eo didici, qui ad præbendam ei aquam non paululum temporis cum eo feci, dilectioni vestrae indicare properauit: utrobiq; curam veritatis habens, vt neque plus aliquis audiēs, miraculorum confectionem non credat: nec rursū meritis eius inferiora cognoscens, non putet dignū esse miraculo pro tanti nominis viro.

VITA S. ANTONII ABBATIS, AB ATHANASIO EPISCOPO ALEXANDRINO CONSCRIPTA,
et ab Euagri presbytero è Greco in Latinum translata.

17. JANVAR.

Antonij genitus & patria.

Psal. 100.

Santa pueritia.

Matt. 19.
Acto. 4.Matt. 19.
Vedit possessiones suas.

Matt. 6.

Degit solitarius.



Ntonius nobilibus religiosisque parentibus natus, in Aegypto oriundus fuit, tanta suorum nutritus cura, vt nihil aliud præter parentes, domumq; cognosceret. Et cūm iam puer esset, non se literis eridiri, non ineptis infantium iungi passus est fabulis! sed Dei desiderio flagrans, secundum quod scriptum est, innocenter habitabat domi. Ad ecclesiā quoquè cum parentibus sēpē cōueniens, nec infantum lascivias, nec puerorum negligentiam se etabatur? sed tantum ea, quæ legebantur, auctoritas, utilitatē præceptorum vita institutione seruabat: nō suis, vt solet illa aetas, pro varijs & delicatis cibis vñquam tēdio fuit: non esce molioris blandimenta se etatus est, his solū, quæ dabuntur, contentus, nihil amplius requisiuit.

Post mortem autem parentum, annorum circiter decem & octo, seu viginti, cum sorore admodum paruula derelicta, & domū, & sororis honestam curam gerebat, Necdū verò sex fluxerant menses, quibus ad ecclesiā (vt solebat) accurrens, recordabatur, quomodo & Apostoli omnibus spretis, secuti fuissent Salvatorem; & multi, vt legitur in Actis Apostolorum, facultatibus suis venditis, precia ad pedes corum detulissent egentibus partienda: quæ ve aut quanta spes iisdem reposita esset in celis. Talia secum voluens, intravit ecclesiam! & accidit vt tunc legeretur euangelium, in quo Dominus dicit ad diuitem: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua quæcumque habes, & da pauperibus; & veni, sequere me, & habebis thesanum in celo. Quo auditio, quasi diuinitū huiusmodi antē memoriam conceperet, & velut propter se hęc esset scriptura recitata, ad se Dominicū traxit imperium, statimq; regressus, possessiones, quas habebat, vendidit. Erant autem ei trecenta palmæ vberes, & valde optimæ, quas vicini largitus est, nè in aliquo aut sibi, aut sorori molestia gigneretur. Cetera verò, quæ in mobilibus possidebat, vniuersa vendidit! & aggregato non exiguo precio, indigentibus dedit: paucis tamen ob sororem reseruatis, quæ & sexu, & ætate videbatur infirmior. Rursū autem ecclesiam ingressus, cūm audisset Dominum in Euangeliō dicentem, Nolite cogitare de crastino: reliquam quoquè portionem pauperibus distribuit, neque se versari passus est domi: sed sorore fidelibus ac notis virginibus commēdata, vt carum nutriretur exemplo: ipse iam omnibus seculi vinculis liber, asperum atque arduum arripuit institutum.

Necdū autem tam crebra erant in Aegypto monasteria, neq; omnino quisquam a uiam solitudinem nouerat! sed quicunque in Christi seruitute sibi meti ipsi prodeſſe cūpierat, nō longè à sua villula separatus instituebatur. Erat igitur in agello vicino sēnē quidam, vitam solitariam à prima sectatus ætate: hunc Antonius cūm vidisset, emulatus est ad bonum. Et primō quidem incipiens, etiam ipse in locis paululū à villa remotioribus manebat: cōxinde autem si quem in hoc studio vigilanteū compererat, procedens